

VIII. De¹⁴ *periculo infirmorum*. Quia sacerdotibus *pura inquirenda est confessio peccatorum*ⁱ, quibus omnibus diligenter investigatis *non est illis*^k *inponenda quantitas debite poenitentiae, sed innotescenda et cum amicis orationum et elemosinarum studiis pondus poenitentiae sublevandum, ut si forte migraverit, ne oblicatus excommunicationem* 30 *alienus ex consortio veniae sit. A quo periculo si divinitus ereptus convaluerit, poenitentiae*^l *modum a suo confessore inpositum diligenter observet. Et ideo secundum canonicam auctoritatem, ne illi ianua pietatis clausa videatur, orationibus et consolationibus aecclesiasticis sacra unctione olei animatus secundum statuta sanctorum patrum communionem*^m *viatici reficiatur.* 35

VIII. De¹⁵ *parricidiis non sponte, sed tamen occulte sepe commissis, sicut de his, qui in Ankyritane*¹⁶ *concilio, qui partus suos necant, commemorat, medietatis poenitentiae ibi praefixe inponenda esse.*

i) über der Zeile Hs. k) illi Hs. l) poentiae Hs. m) communionem Hs.

¹⁴) Das ganze Kapitel ist weitgehend identisch mit c. 26 von Mainz 847 (MGH Capit. 2 S. 182,18 ff. und MGH Conc. 3 S. 173,18 ff.).

¹⁵) Vgl. Mainz 847 c. 23: *De homicidiis non sponte commissis. In concilio Ancyrano capite XXII. scriptum est: De homicidiis non sponte commissis prior quidem diffinitio post septennem poenitentiam perfectionem consequi praecepit; secunda vero quinquennii tempus explere* (MGH Capit. 2 S. 182,4 ff. und MGH Conc. 3 S. 173,3 ff.).

¹⁶) Vgl. Ankyra c. 20: *De his, qui partus suos ex fornicatione diversis modis interimunt. De mulieribus, quae fornicantur et partus suos necant vel quae agunt secum, ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vitae eas ab ecclesia removet; humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus secundum praefixos gradus poenitentiae largiamur* (C.H. Turner, *Ecclesiae occidentalis Monumenta Iuris antiquissima* 2 [1907–39] S. 107 und 109, Versio Dionysii II). Dieser Kanon ist zitiert bei Hraban, *Poenitentiale ad Otgarium* c. 11 (Migne PL 112,1410) und *Poenitentiale ad Heribaldum* c. 9 (Migne PL 110,474).